860 a

Niwinski + **Obligatio**

Coram officio et actis praesen. Castren. Capitan. Branscen. ptr. compar. Nobilis Joannes olim Bartholomaei Niwinski de Niwino Lesne haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Mathiae Niwinski et eius successoribus bonorum suorum haereditariorum immobilium in haered. Niwino Lesne sitorum agri cuneum in manso Kapturowska a via strata pulkowska ad semitam cuneos dividentem inter mettas et infra item alterum cuneum in manso mitalewska incipien. et protenden. ut supra inter mettas ex una Nobilis Mathiae Krzyński et altera Nobilis Simonis Theophili Krzynski iacentes cum omnibus eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus attinen. et pertinen. nullis exceptis in summa sex florenorum polon. hinc usque ad exemptionem obligavit et inscripsit. Cui eam tenutam intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles quem et quos sibi conducere poterit offerendo acceptandam dat et admittit submittitque se ac de bonis omnibus cum successoribus suis inscribit memoratum tenutarium suum et eius successores toto tempore tenutae eius tenere defendere evincere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili. Et coram officio Castren. Branscen. peremptoria versione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus dillationibus evasionibus infirmitatibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Kuleska **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr. comparens Nobilis Hilarius Stanislaus Wnorowski Vicenotarius Castren. Branscen. sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobilem Michaelem olim Adami Kuleszae de solutione summae undecim sexagenarum grossorum polon. modo debiti coram actis hisce inscripti ante tempus praefixum persolvit ideo ipsum ob praestitam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuis temporibus.

Niwinski **Quietatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr. comparens Nobilis Stanislaus olim Pauli Niwinski sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobilem Martinum olim Alberti Niwinski de inscriptione obligatoria coram actis hisce Castren. in summa octodecim sexagenarum polon. super certas sortes eidem recognoscenti per eundem Martinum Niwinski facta accepta remissa summa quietat eliberum facit et inscriptionem obligatoriam cassat perpetuis ac de bonis condescendit.

Niwino **Doplany** **Reformatio**

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. ptr. comparens Nobilis Stanislaus olim Pauli Niwinski sanus mente et corpore existens palam recognovit. Quia Nobili ... suae filiae olim Alberti Niwinski consorti suae legitimae ratione veri dotis post eam accepti et in